$5

Presented to Agnes Marshall
by her Father

Georgius Kloß, M.D.
Francofurti ad Moenum

Henry Marshall M.D.

Goff C95

This is the Third Edition of this curious work
and printed between 1496 and 1499. see Panzer.

Panzer IX. 386. 268. c.
Augustae Vindelicor. Joh. Froschover (1496/9)

5c
wQ wQ

10539

Candidus de genitura hominis


MEDICAL SOCIETY, COUNTY OF KINGS
74626
LIBRARY

Candidus de genitura hominis

¶ Candidus de genitura hominis incipit feliciter.

¶ Quomodo generatur homo. Capitulum .j.

Satis constat hominem generari ex semine viri et menstruo mulieris secundum Phisicos. Aristo. autem putat semen viri quod sperma dicimus ad formam speciei fetum producere. deinde per vaporem exalare. Phisici vero totum semen viri et mulieris vna cedere in substantiam fetus existimant.

¶ Qualiter concipit mulier. ca. ij.

Notissimum est mulierem cum in coitu cum viro sit si simul menstruum emittat quo vir sperma. et vtraque semina simul concurrant. vnumque alteri misceri incipiat statim concipere. id autem est cum semina in matrice ad fetum generandum a natura producuntur.

¶ Signa conceptionis in muliere. ca. iij.

Signa vero conceptionis in muliere certissima habentur cum vir in coitu cum ipsa sit. si mulier post coitum frigus sentiat. aut in renibus dolores sibi. preterea si modicum aut nullum emittit semen. aut e vir sentiat fugi virgam et attrahi clausura et veluti pressura quadam ex parte vulue. vel si iuxta solitum menstrua non currant ei. et titilatio in ore matricis inest. dolor etiam in cruribus id ostendit. vel si eodem modo non concupiscat coitum. hoc autem in aliquibus verum. in aliquibus vero non. Aut si color faciei immutatus est. et aliena subito cupiat cibaria semen in matrice receptum formam fetus hoc modo conglutinat.

¶ Quomo formatur fetus in matrice. ca. iiij.

S Ex quidem primis diebus naturaz lactis assimilat. et ad hoc naturalis calor viri in spermate relictus cum matricis calore operat̃. dealbat̃ deinde illa materia et in colorē spissi sanguinis et aliquantulum decocti per nouem dies transmutat̃. demum fit consolidatio in membro fetus et hoc per duodecim dies tantum constat tamen apud aliquos cor imprimis generari.

De retentione menstruorum ca. v.

V Erum quia omne quod viuit ex quatuor elementis ali augeri𝐪ȝ dicit̃. quicquid semini terrenum inest cedit in ossibus reliqua vicissim ex propria natura vires assumunt. dehinc fetus et corporis ipsius dispositio in latum longum𝐪ȝ ac profunduz formari incipit. per quadraginta dies postea ad egressum vs𝐪ȝ natum pariat ac disponit.

¶ Ad iuuandū mulierē vt concipiat ca. vj.

V T mulier concipiat. et amplius vt masculum pariat. experimento probatum est. Id autem nec refellere audemus aut probare. nisi quatenus doctorum libris explicat̃. quibus si quis fidem derroget. nihil hac descriptione opus est. quippe qui aliorum dictis nitar. non aūt meo iure faciam sententiam. matricem leporinam et eius intestina exsiccata vehemēter et in puluerem redacta. deinde cum vino mulieri in potum propinata ad hoc conferre plurimum constat. Preterea si testiculum vnum leporum itidem pulverizatuz et vino immixtum mulieri in fine menstruorum propinaueris. deinde cum viro coeat. expertum est eam concipere et masculum parere. Simile veri et illud est si epar parui suis et tenelli quos tantūmodo scropha enixa sit

desiccentur vt supra. ⁊ in pottum viro aũt mulieri pro⸗
ponentur. virum si impotens sit statim generare. mulie
rem si sterilis sit facit concipere. Lanam etiam immun⸗
dam si mulier lacte asine cõtingat deinde supra vmbili
cum deligatũ teneat donec cuȝ viro coeat ad id conferre
maximũ arbitrant̃.

¶ De impedientibus conceptionem. ca. vij.

SEpenumero multa occurrũt. que huiusmodi experimentis fidem derogent. id autem non ex eorum impotentia sed nature defectu prouenit Impedimenta vero conceptionis plurifariam veniũt. ex frigiditate etenim nimia matricis vel caliditate aut humiditate nimia. etiam ex siccitate plerumqȝ contin⸗git. Pinguedo quoqȝ excellens ad id nocet que orificio matricis circũfusa ipsum constringit prohibetqȝ semen ingredi quod subinde cũ vrina eiecit hoc quidem in ipsa de facili comprehendit̃. Si enim spissior ⁊ alterius iuxta solitum coloris fuerit. aliquando etiam ex caliditate ni⸗mia exalat. Semen hoc aũt difficilius est cognitu. mu⸗lieribus siquidem quãplurimis ita lubrice ⁊ tenues ma⸗trices sunt vt retinere semen nequeant. sed statim ĩmis⸗sum effluat. Ex parte plerũqȝ viri defectus accidit. cuȝ semen ita liquiduȝ ac tenue vt aqua sit. ac statim ingres⸗sum elabatur. Prouenit etiam ex frigiditate ⁊ siccitate testiculorum ⁊ homines huiusmodi raro vel numquaȝ possunt generare. Retentis aũt seminibus matrix mu⸗lieris ab vtraqȝ parte firmiter clauditur vt nil de semine possit emitti. ⁊ tunc fit retentio menstruorum. quod pre⸗gnantis femine vulgatissimũ est iudiciũ.

Cura aut adhiberi consueuit ad ipsas que conceperint. ne aut aborsum patiant. aut aliquid ex fetu minuat. Femine igit pregnanti mot nimius vitet. Cibarijs et potibus lenib9 vtat omniaqz ad appetitu ministrent. cauto tamen opus est vt cum illam pregnante noueris. nihil in conspectu eius nomines ad quod voluntas incendat sua. ne de facili reperiri queat. quia ex huiusmodi cupiditate plereqz iam aborsum parturierunt. Uerum quod maiori admiratione dignum est et ipsi vidimus ac plerumqz expertissimu.

De virtute lapidis ethites. ca. ix.

Lapis ethites pregnati mulieri appositus aborsum prohibet. partus discrimina auertit. et feminā cum fetu prestat incolumen. Et ne quis rem cōmenticiā putet. plurime in Mediolanensi vrbe eius ope liberate sunt. cum lapidem ipsum a nobis habuissent. Reperit quippe in nidis aquilaru. in perside tamen plurimus et colore fuluo est. alios lapillos naturaliter intrinsecus cohibens. vt ex motu facillime sentit. hinc Marcatius auus meus vir phisice peritus. vt puerum me vidisse memini in germanoꝝ alpibus adeptus est. summa industria nidos aquilaru insectatus.

Quod mellicratu conceptu indicet. ca. x.

Expertum est mellicratum conceptum propalare. Id aut ita conficitur. Coclear vnum mellis fluxibilis et tria aque tepide simul mixta mulieri cum lectum intrat in potu data si circa vmbilicu dolorem sentit concepisse eam cito.

¶Signa vtrū masculū cōceperit an femellā. ca. xi.

V Trum quidem masculū conceperit an femellā annotatū est etenim si facies rubida. motus leuis. venter teres in dextra maxime turgescens. lac quoqꝫ ex mām̄illis spissum ac digestum fuerit vt supra vitrū scindat̄ ac fluat. aut vrine infusum ipsiꝰ ima petit. nec liquescit sal mām̄illarū capiti appositū. vel vt quidam augurant̄ prius dextrū pedem moueat quam sinistrum. hec masculi cōcepti verissima habent̄ signa. Econtra vero si grauis est ⁊ tarda. solito pallidior. oblōga ⁊ enormi vētre sinistra turgidior. mām̄illa quoqꝫ eadem parte proclinis. lac quidem indigestū liuidum ⁊ aqueum dolor etiā in sinistro latere magis vrgens. cū masculo concepto in dextro patiat̄ femellam conceptā esse credito.

¶Signa iterū cōceptionis masculi vel femelle. ca. xij.

H Mplius si femina masculū conceperit an femellam. aqua de puro ⁊ liquido fonte experimento fuerit. gutta etenim sanguinis aut lactis eius ex dextro sumpta latere ⁊ aque superfusa. Si masculo turget ad ima deuoluit̄. si femella supernatat ⁊ summa petit.

¶Quod etiam mulier pregnans emittit in coitu menstruum. ca. xiij.

L Icet vt p̄diximus mulier pregnans menstrua contineat. verū tamen cum in coitu cū viro sit pleruͦqꝫ ex nimia delectatiōe emittat ipsa. quippe cū vene ac neruī in vulua existentes a virili membro confricent̄. ⁊ exinde quedam titilatio oriat̄ vt necesse sit menstruū emittere. hoc aūt respectu coitus naturale est respectu vero fluxus naturalis violentuꝫ. ⁊ ceterū ex oī

nutrimento q sumptū est materia fit apta que in coitu expelli queat.

¶ Quod mulieres pregnantes magis appetunt coitum. ca. xiiij.

EXinde q notandū est mulieres pregnātes magis coitū appetere. cū oppositū esse debeat. causa aūt est materie supflue abundātia que ab alimentis ducit. ⁊ cum menstrua dictim augeant magis etiā coitus appetit. ac ex huiusmodi materie abūdātia continuo mulieris vulua calescit.

¶ Qua de causa virgines grauiter corrumpunt. ca. xv.

VIrgines grauiter corrumpi ⁊ cū dolore obid credit q ipsarū vulua in coitu maxie ampliari soleat. Vel quia virile mēbrū nimis ineptū sit. vel quia arto magna ⁊ ampla earū plerūq vulua sit vt absq dolore ex sui parte virili mēbro coire nequeat. ⁊ obidipsum cū pri⁹ corrūpunt virgines dolorē in prima parte vulue patiunt q amplient ipsa. ⁊ ad coitū magis disponat. Amplius causa doloris est pellicula quedam inter vuluā iuxta quā vesica interiecta est cū in coitu rūpat. verum quāto magis coeunt minus quidē doloris sentiunt plurimū vero voluptatis accipiunt.

¶ De vrinis mulierū ⁊ earum significatione. ca. xvj.

VRine virginū plerūq lucide ⁊ clare sunt. q̄nq albe aut cōgelate. Si aūt coloris aurei clare ⁊ ponderose fuerint animū coeūdi in ipsis indicant. sed hec in virgine certa sunt. Corrupte etenī mulieres vrinas turbidas ⁊ obscuras habent obstructuram pellicule. de qua dictū est. Menstruata vero vrina sanguinea est. ⁊ que pariter oculos nimis nitidos ⁊ aquosos habet. decolorata facie abhominationē per se ferens

hanc tū Nicolae mi si videris velut hid:am aut spin⸗
gem aut potius medusam grogoneā effugito.

¶ Quid sit menstruum in muliere. ⁊
quando incipiat. ca. xvij.

Menstruū in muliere quid sit. ⁊ vnde accidat
plerūq3 quesitū est. Id aūt nil aliud opinant̄
phisici quā supflui alimēti fore q͂ in rei alende
substantiā nō cedat. sicut etiam in viris spermata. men
struū inde appellatū opinant̄ q͂ singulo mēse semel ad
minus fluat. Incipitq3 pubescente muliere cū annoru3
quatuor ⁊ decē fuerit. ⁊ iā coitū sentire vel cupere incipi⸗
at. Quibusdā vero mulieribus etiā tēpestiuius accidere
cōsueuit. ⁊ hoc quidē scd̄m desiderij potentiā vel nature
Et aliquib⁹ in nouilunio fluit menstruū. aliquib⁹ vero
aliter. patiunt̄q3 in hoc grauiter. ita vt earū facies deco
lorēt. ⁊ oculi solitu3 nitorē amittāt. nōnullis etiā diuti⁹
quibusdā vero breuius fluunt mēstrua plurimūq3 san⸗
guinei sunt coloris. raro liuidi.

¶ Quare non fluunt spermata viris queād
modū mulierib⁹ menstrua. ca. xviij.

Scire operpreciū est. ⁊ querit̄ quid cause sit cur vi
ris spermata nō fluunt. mulierib⁹ aūt mēstrua
emittant̄. cum vtriusq3 causa sit supfluū. s. ali
menti quod in rei alende substantiā non cedat. nulla tn̄
potior vis est. q3 q͂ mulier frigide ⁊ humide nature ha⸗
bet̄. vir aūt calide ⁊ sicce. Modo aūt de natura humidi
⁊ maxime aquei est effluere. In viro quidē humidum
magis purum ⁊ aereū. ⁊ illa non inepta ratio. quia ca⸗
lor in humidu3 semper agit ex natura. ⁊ minor calor est
in muliere. Ideoq3 humidū nutritiuū dispartit̄ ⁊ tenet
reliquū vero eijcit ⁊ effundit.

¶ Quid sit sperma ꝛ qualiter generat͂. ca. xix.

SPerma vt p̄dictū est superfluū est alimenti ꝙ in tercia quidem digestione. vt inferius explicabimus nō totū cedit in deperditū ꝑ restaurationē vite animātis. Verū a calore naturali sanguis subtilis in forma ad genitalia vasa transmittit͂. vbi testiculorū virtute dealbat͂ ac digerit͂. ꝛ ideo coloris albicantis est. Id emissum rōnabiliter ac natura exigente purgat ꝛ alleuiat. nimis aūt corpus desiccat. cum virtus sua humectatiua ꝛ calefactiua sit Corpore aūt exsiccato ꝛ humido extincto debilitatio vite sequit͂. ꝛ subinde immatura mors ex quo frequenti⁹ coeuntes cito pereunt ꝛ senescūt

¶ De eiusdem differentia. ca. xx.

PReterea ab Aristo. scriptū extat mulieres longius viuere ꝙ͂ equū ꝛ asinū a quibus est genit⁹ Sperma viri durum ꝛ testiculoꝝ virtute bene decoctū quod adheret vt patet. ꝛ sicut lac albū firmiter coagulatū. ꝛ fortē ꝛ robustū fetum generat. aliud tenue aut fluxibile immaturū facit fetum ac nature tenuis ac fragiles procreat.

¶ De quatuor digestionibus. ca. xxi.

ANnotatione dignū est quod a phisicis perhibet͂ quatuor fieri digestiones. Primam in ore Secūdā in stomacho. Tertiā in epate. Quartam in singulis alendis ꝛ augmētandis membris. Phisici vero nōnulli contradicunt vltimā ꝑfectamq͂ in corde statuētes ꝑpterea homini natura dentes addidit. vt diligentius cibos conterat. Ceteris aūt aīalibus quibus dentes ꝛ in superiori mandibula defecerant binos vētres indidit. vnū in quem cibum ponant. alterū in quem ruminatū vltimo deglutiant. Cibus igit͂ cuꝫ ab homine

diligenter masticatus ⁊ ore quodãmodo decoctus fue-
rit in stomacho deinceps propria expoliat᷑ formã alie-
nãq̄ȝ assumit. quippe quod grossum est a subtili seperat᷑
⁊ quod dulce ⁊ potabile fuerit ad epar transmittit᷑ q̄d ca
lore suo subtile illud cõuertit ⁊ induit actione quadam
propria ⁊ naturali forma sanguinis ⁊ subinde tẽperatũ
a quolibet mẽbro nutriendo ⁊ augmentando sugitur.
iuxtaq̄ȝ eorum exigentiã restaurant᷑. reliquum aũt quod
superest ad vasa genitalia transmittit᷑. vt superi⁹ expres
simus. hmõi quidem necessitas ex qua fames fit ⁊ in sin
gulis membris inanitio prouenit ex calore generat᷑. qui
in humidũ dictum agens id exalat ⁊ consumit.

¶ De suffocatione matricis. ca. xxij.

SUffocatio matricis est cõpressio spiritualiũ ex
vicio matricis egressa. Impedit᷑ enim anhelit⁹
spiritus opprimit᷑. In muliere siquidem istud
accidit cuȝ matrix e loco tollit᷑. exindeq̄ȝ since pi ex cor-
dis frigiditate pr̄pedit᷑ plurimũ. id quoq̄ȝ ex menstrui
superhabundantia ꝓuenit q̄d corruptũ ac venenosum
matricem inficit. hmõi aũt mulieribus siue iuuenes siue
antique sint coitus compert᷑. maxime aũt iuuenib⁹ que
humiditate plus abundãt. hinc est q̄ mulieres iuuenes
coire incipientes ante cõceptionẽ multũ impiguant᷑. ⁊
in quibus hmõi materia habundat ex instinctu nature
coire magis appetunt. Ideo peccatũ in natura est tali-
bus aditum ad illos quos affectant prohibere. licet mi-
nime peccatũ sit in moribus.

¶ Qua vita viuere dicat᷑ embrio in matris vtero. ca. xxiij.

ARistoteles in libro de aĩa posuit embrionẽ in
matris vtero primũ viuere vita plante. deinde

vita a[n]i[m]alis. postremo vita huius speciei vel illius.

¶ Unde veniat nutrimentū puero in matrice existenti. ca. xxiiij.

Dubiū unde puero nutrimētū accidat in matrice existēti. cū mulieris matrix undiq[ue] clausa sit ceterū deprehensum est cū fetus in utero conceptus sit virtute nature quandā imp[ri]mis oriri venā vel ut quidam putant. nervū qui matricem pforat eiq[ue] adiun[gi]tur ad mamillas usq[ue] protensum [et] annexum. itaq[ue] fetu in matrice existente rigidores effici solent. ad easq[ue] menstrui substantia diffundit[ur]. Ibidemq[ue] ad albedinem usq[ue] decoquit[ur]. [et] subinde mulierū lac appellat[ur]. quod deinceps p[er] venā aut nervū huiusmodi ad matricē remittit[ur]. ex eoq[ue] nutrit[ur] fetus. hic postea in eius exitu abscindi solet. cuius pars umbilico iuncta est. reliquum in matrice dependet.

¶ De debilitate fetuum ca. xxv.

Satis constat fetū debilitari in utero cū mulieres p[re]gnātes recentes natos lactant. Ea etem̄ materia qua nutriri in utero fetus debet in nutrimentū cedit prius geniti.

¶ De tempore nativitatis ho[m]i[nis]. ca. xxvj.

Tempus aūt egressus infantis ab utero materno ut plurimū est in novo mense. quibusdā in septimo. accidit nōnullis i[n] octavo. plurimis in decimo. paucis in undecimo. nec ultra retineri solet. Sunt que in secundo mense pariunt. sed aborsum nōn enim hominē producunt. sed solidā quandā carnis partem. [et] hoc propter debilitatē aut plurimū motū mulieris interdū evenit. magna cura opus est in egressu. cū plurima de facili eveniāt. que egressū p[ro]hibeāt fetumq[ue] necāt Quādo [ver]o enim fetus pedē p[ri]mittit aut manū. [et] tunc ob

stetricibus doctis opus est que retrudant illud et adiungat et ex talibus in genitis pueris vere generat dolor vt sepe moriant. Euenit et in partu plerumque scindi vuluam vsque ad anum vt vngento opus sit circa eam ac retrudi matricem conueniat que sepe vulnerat.

De accidentibus in egressu. ca. xxvij.

Signa vero prosperi gressus habent. cum infans caput e vulua premiserit. Deprehensum est a phisicis et sub inde litteris testatum plures in mulieris matrice cellulas existere in quibus plerumque decisum a viro sic colligi solet.. vt in vna quaque pars seminis retenta sit ex quo plures fetus gigni vno partu constat que similitudo etiam in animalibus imperfectis pot accipi. in horum quidem genitura aliquid matricis loco et aliquid seminis simile esse debet ex qua generari consueuere. id autem talis humiditas que per loca educationis de putrefacto ea gignat. et multiplicato putrefacto ea gignat. et multiplicare faciat. Causam autem similitudinis horum animalium a similitudine de corpore educti fieri crediderunt Quod autem ex his nonnulla stricta et longa sint. nonnulla vero breuia aut alterius modi hoc est ex diuersitate humiditatis quidem euenit. Ex colerico enim calido et sicco animal longum et strictum generat quia calor multum extendit ipsum. Ex flegmatico autem frigido et humido animal latum et breue eo quod humor aqueus multum dilatabilis sit. sed frigidum non satis extendit ipsum. Ex sanguineo vero et humido generatur medium inter vtrumque. propter quod humidum et calidum temperata sint. Ex melancolico accidentali quod adustum est animal longum valde et gracile concipitur. quia feruor caloris in eo plus se extendat ac siccitas moderata attenuat.

Quare plures generentur vno partu ad similitudinem imperfectorum. ca. xxviij.

Itaqz ex eadem materia animalia plura nasci cōstat. sicut ex equi stercore plures musce ⁊ his similia gigni solent.

Quod ex eadem materia animalia plura nascuntur. ca. xxiv.

Aliquando vero ex eadez materia aīalia diuerse speciei diuersiqz coloris aut figure multiformis. Causa autē diuersitatis istorū diuisio est in matrice seminis. sed hoc pricipaliter in animalibus imperfectis locum tenet.

De colore hois scdm varias complexiones. ca. xxv.

Obseruatum est hominem colericum crocei coloris esse. Sanguineum rubei. Flegmaticum albi. Melancolicum vero nigri.

Quid sit monstrum. ⁊ causa generationis eiusdem. ca. xxvi.

Monstrum accidit vel ex diminutione materie vel ex superhabundātia cū natura ad ea que principaliora sunt primū intendat ex materie defectu. membrorū defectū sequi necesse est. Defectus aūt materie vel ex paucitate seminis. vl' matricis lubrice vicio totū in fasum nō cōtinentis pōt accidere. Etiā ex velocitate coeundi plerūqz defectus sequit̄. Ex habundātia vero materie etiā monstrum gignit̄. vt homo bina capita vel quaternas manus habens.

De fastinatione ⁊ qualiter accidat. ca. xxvii.

Non vana habent̄ a peritis que de fastinatione dici solent. inde Maro noster. Nescio quis teneros oculos mihi fastinat agnos. sed causaz potius naturalem esse putāt. Mulieres siquidē antique quibus mēstrua more solito nō fluunt obtutu perimūt

pueros. menstruorum enim materia cum per vniuersum corpus effundatur: oculos qui subtiliores sunt primum inficit. qui deinde ex porositate sua aerem deturpant: quo infecto et puer qui visui obiectus est ex aere et anhelitu menstruato polluitur et occiditur. retentio autem menstruorum in talibus est caloris defectus. ex menstruum enim abundantia humores mali et corrupti generantur.

¶ Quod ex capillis mulieris generetur serpens secundum Auicennam. ca. xxxiij.

Traditum est ab Aui. phisico illustri ex capillis mulieris serpentem gigni si sub terra pingui vbi fimus iaceat hyemali tempore ponantur. postea calore inualescente vere vel estate effodiantur. qui serpens longus et strictus valde sibi similem deinceps viuendo generabit.

¶ Quod non sit dare diluuium vniuersale secundum Aristotilem. ca. xxxiiij.

Idem voluit diluuium vniuersale fieri posse. Aristotiles vero secus sensuit. Diluuium enim cum ex constellatione humectante fieri soleat eandem vnam terrarum partem respicere necesse est. cui ex aduerso constellatio desiccans obiecta sit. et quantum vna ex parte prima humectet tanto desiccet altera. ex quo impossibile habetur diluuium vniuersale fieri posse.

¶ Qualiter homo fortunatus ex corpore et anima sumit ab astris accidentia ad vtrumque. ca. xxxv.

Quia homo sicut ens naturale ex materia et forma compositus est. tripliciter accidentia notantur in eo. quedam scilicet ex parte anime. et quedam ex parte corporis. nonnulla vero ex parte compositi totius. anima certe omnes virtutes quas in corpore complectitur a speris et corporibus celestibus contrahit. Ab vltimo quidem orbe

qui motu suo diuturnio omnes speras inferiores mouet virtutē essendi recipit ab orbe stellarū fixarū esse. a Saturni spera virtutē rationandi ac discernēdi a spera Jouis magnanimitatez ꝛ plures operationes huiusmodi a spera Martis animositatis virtutē. a Venere concupiscentie ꝛ desiderij motum. a Sole aūt virtutem sciendi ꝛ memorandi. a Mercurio gaudendi ꝛ delectandi. a spera Lune virtutez vegetandi que radix dicit̄ virtutis naturalis. ꝛ hec quantum ex parte anime relata sint.

De influentia omniū planetarū in generatione fetus. ca. xxxvj.

NUnc ex parte corporis virtutes planetarū exponere ordiemur. materia igit̄ in matris vtero infusa ꝛ coagulata ꝑ siccitatē frigiditatēque saturni primū disponit̄. ꝛ huic virtutē vegetatiuā ꝛ naturalem motū imprimit. quam obrem saturno primi mensis cura adhiberi solet. Dehinc Jupiter virtute sua materiā ipsam ad susceptionez forme membrorum disponit caliditate sua ꝛ confert plurimum ꝛ humiditate replet. Et huic secundi mensis cura asscribit̄. Subinde mars caliditate sua ac siccitate in fetu crura formata lateribꝰ ea diuidens. brachia separat. collum dispartit. ꝛ caput effigiat. ꝛ huic dat̄ mensis tercius. Solis artez virtus formas imprimit. cor creat ꝛ anime sensibilis motus prestat scḋm quorundā opinionem phisicorum. Aristoteli vero placet cor inter primas generari partes. Addit etiā nonnulli solem vitalis virtutis fontem ꝛ radicem esse. Venus deinceps exteriorꝝ membrorꝝ limitationes virtute sua ꝑficit. ꝛ expolitos. aures sed ꝛ nares. masculis virilem virgam. vuluā femellis. pedum etiā ac manuū separationem facit ꝛ digitorꝝ. ꝛ quedam non exterio

ta subinde format. Et huius tutele quintus assignat mensis. Mercurialis spere virtus instrumenta vocis efformat. supercilia cōponit. oculos fabricat. pupillas adauget. capillos ⁊ vngulas producit. ⁊ huic sexti mēsis cura attribuit᷑. Perfectioni aūt ⁊ complemento toti⁹ fetus. septimo mense. Luna finem imponit. replet enim humiditate sua superficiem ⁊ complet. Venus quidē ⁊ mercurius humiditatē tribuentes toti corpori nutrimentū prestant. At tunc quidem si fetus oritur perfect⁹ est ⁊ viuet. octauo vero mense per circuitū redeūte saturno fetum orientem frigiditate ac siccitate sua cōprimit ⁊ extinguit.

¶ De lune influentia ⁊ quare natus in septimo mense viuat. moriat᷑ in octauo. ⁊ de statu lune quadripartito. ⁊ ꝙ eius disaositio in oppositione sit deterior. ca. xxxvij.

Quatuor status lune varietate perhibent ꝑhisici. In prima siquidē eius ascensione calidā esse ⁊ humidam vsqꝫ ad semiplenā. tunc autem calidam ⁊ siccam fieri vsqꝫ quo est plena. deinde frigidam ⁊ siccam donec semiplena sit in detrimēto. Vltimo quidem humidam ⁊ frigidam vsqꝫ soli coniungat᷑ effici. ⁊ ideo magis contrariam censent nature hominis qui ex calido humidoqꝫ fouetur cum eius dispositio frigida ⁊ sicca sit in oppositione vt dictū est a nobis. Licet nonnulli huic opinioni plerūqꝫ aduersent᷑. quid planetarum virtus his conferre soleat que a natura ad vitam ac ortum producuntur. tam ex parte anime quā corporis prout superioribus scriptis explicatū est. Nūc que ipsorum influentie ad vtrumqꝫ virtus sit breuiter dicemus.

¶De virtute planetarũ generaliter ⁊ influentia eorũ ad vtrũqʒ. ca. xxxviij.

Saturnus superior planeta tardus ⁊ obscurus, natũ i calore fuscũ reddit. male barbatũ. Subtile pect⁹ ⁊ fissuras in vestigijs postremis ostẽdentẽ. Et hoc quidẽ ex parte corpis eius virtus operat. Scḋm aĩam quidẽ pfiduʒ malignũ subdolũ. fetida ac turpia nimis diligentẽ. ⁊ in pluribus venerem minime affectantẽ efficiet. oẽsqʒ opationes prauas taʒ ex corporis parte q̃ʒ anime in illo figet ac imprimet.

Iupiter regale sidus. lucidũ ac tempatũ saturno contrarios effectus habet. faciem siquidem nati pulchram reddit. oculos claros. rotundaʒ barbã. ⁊ signanter duos supiores dentes reliquis maiusculos. colorem in vultu bonum imprimit albũ scilicet rubore permixtum. capillos longiores. Scḋm animã natum bonũ efficit modestũ legis ⁊ honestatis amatorem. vestes ornatas ⁊ delectabiles sermones ac odores affectantem. postremo liberalem mundum misericordem ⁊ iocundum gignit.

Mars vero cũ sit in caliditate ⁊ siccitate intemperatus natum quidem ex parte corporis rubei coloris cum quadam obscuritate ⁊ vstione conficit. sicut in his qui a sole perusti sunt. plerisqʒ ceterimus capillos raros. oculos prauos ⁊ totum corpus curuum licet grossum reddit. Scḋm aĩam fallacẽ incõstantẽ inuerecundũ irascibilem proditorẽ discordias et bella seminantẽ ⁊ superbũ efficiet.

Sol stella regia mundi lumen ⁊ oculus quẽ Cicero siderũ omniũ ac planetarũ regẽ ac pricipẽ scribit. natũ carnosuʒ reddit faciẽ pulcrã ocłos

magnos et colorem album cum quadam citrinitate imprimit. bene barbatum. capillos longiores. Secundum vero animam hipocritam facit iustum. exterius homines in sententiam attrahentem. Alij dicunt quod regalem religiosum profunde scientie. ac dominationis reddit speculatiuum. sapientem dominatorem iocundum. vlterius bonos diligentem. opprimentes malos.

VEnus stella beniuola. natum pulcrum efficit. oculis maxime decorum carnosum mediocriter et medie stature. Secundum animam quidem blandum gignit suauiter loquentem studentem. in ornatu corporis voluptatem gaudium musicalia et coreas affectantem.

MErcurius vero qui solem sequitur. et eius radijs semper attrahitur. natum gracili corpore. et persone satis prestat barbe item pulchre raraque. Secundum animam autem sapientem subtilem. philosophiam et studium affectantem boni motus et perfecti sermonis. et qui multos amicos sibi paret. licet non fortunetur in ipsis boni consilij preterea et verum reddit perfidie et infidelitatis imunem.

LVna planetarum vltima cum velocis motus sit natum vagabundum facit. nullius firmi seruicij. iocunda facie. statura mediocri. oculis inequalibus. vnum altero maiorem preferentem.

¶ Angelus Tiphernas colendo patri. D. Petro de Nigionibus nobili Januensi ac. S. Gregorij dignissimo abbati Salutē. Comentarioꝝ quorundaꝫ Germanici impressores opera fastiditi iocunduꝫ opusculū pcuncta ti sunt. Nos igit̄ variarū reruꝫ annotationes scitu quidem pulcherrimas proposuimus. tibiqꝫ patri studiosissimo asscripsimus. nihil amplꝰ videri cupientes q̄ꝫ opusculū esse Candidi. nostra vero diligentia ⁊ illoruꝫ industria impressum Auguste per Johannem Froschauer. dum legeris ignoscas exterę nationi ⁊ errata castigatio. Finis.

WZ
230
D292d
1498